

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Præparatio punctorum meditandorum neglecta, solet esse causa
ariditatum. C. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

dederunt. Et hoc etiam viuo erit, dum modis sequatur post eam, quam dixi. At si post suspensionem illam, modicam sit inuenire obedientiam, & propria adhuc superfit voluntas, erit hac cum amore suis ipsius proprio, & non cum Diuinâ voluntate unita. Et in fine capitatis, hoc ipsum efficacius proponit: *Mibi, inquit, credite, nō ex multis horis & longo tempore, quod orationi impendatur, anima ex ea lucrum accedens, quando aut Superioris iusso, aut erga proximum caritas ad alia eam opera vocari, aut ipsam obedientia caritatis operibus accuratè intendere iussit; hec enim mirè invenit, ut quā breuiissimo tempore spatio, melius disposita redatur ad amorem suum accendendum, quām si illis deficiētibus multas horas, multumque temporis, considerationi impenderet.* Confirmat hanc veritatem præclara historia relata à P. Antonio de Balinghem de Clemente Caponio Ord. S. Dominici laico, qui licet nobilissimus esset, tamen *Martha & Fratris laici sorte contentus vixit. Delebat* ^{Ephem.} *aut omnibus vitoribus ministerio: unde Christus Dominus humilitatis magister, & Angeli illius virtutis amantes, frequenter ei apparuere. Aliquando in his exercitis plus solito occupatus, cum ante horam prandij pensum orationis absoluere negauisset, ipse ceteris prandentibus coram imagine B.V. MARIE orationibus absoluendis incumbebat, ibi vero ab eadem imagine vocem delapsam audit, quā monstrat ut in refectionum ire, ceteris Fratribus se conformaret; pergradat sibi fore illius bonam voluntatem, quando in officio caritatis, præfertim iussu maiorum, occupatus, pensum deuotionis compleve non potuisset. Satis ei esse temporis ad illud à prandio complendum.*

CAPUT DECIMVM.

Preparatio punctorum meditandorum negligēta, solet esse causa ariditatum.

56. **Q**uarta negligentia, & immediata est, quando non præuisis, nec benè præparatis punctis, ponderandis in meditatione, ad eam ita imparati accedimus, contra monitum Spiritus sancti: *Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.*

Tentat autem Deum, iudicio S. Thomæ, & S. Bonaventuræ, qui ad orandum se confert sine preparatione. *Accedere volentes coram terreno Rege, prius debent se ita disponere,* inquit B. Laurentius Iustinianus, *ut nil aut habitu aut verbo incompositum sit, quod Principis animo displaceat: multò magis id perficere debent cupientes astare ante hominum & Angelorum Regem.* Certum est, inquit S. Teresa, *nam impremitatos, & imparatos nos ad loquendum cum Principe quopiam ire non debere, ac dum rufiliū aliquem alloqui oportet, Quantū magis, dum alloquendus est Rex Regum, & Dominus dominantium: Quicumque Regi nostro assistere & colloqui proficiuntur,* inquit S. Ioannes Climacus, *non imparati cursu hunc faciamus, ne foris nos abs-*

Eccl. 8.23.

Th. 2.2.

q. 97.4.3.

ad 1. B. ii.

Reg. No-

uit. c.2.

lign. vir.

de orat.

cap. 3.

Iii. perf.

cap. 12.

Eccl. 2.8.

que armis & folla regio digna conspecta, à longè nos conspiciens, ministri & famuli iubeat, ut ridentes nos longè à facie suā in exilium mittant, negligentesq; & interruptas orationes nostras, in faciem nobis exprebant. Hoc ne contingeret, S.P.N. Ignatius, nos in libro Exercitiorum præmonuit, de prepa- ^{An. 1. c. 1.} randis aliquor punctis, pro singulis meditatio- ^{10.} nibus, prout & ipse linguis certa puncta in li- ^{11.} bro Exercitiorum præscripsit. Hinc S. Carolus Borromæus, etsi magno effet dono orationis prædictus, dum Exercita S.P. Ignatii bis quotan- ^{12.} nis faceret, vel sacra loca visitaret, dari sibi ab uno è Societate nostrâ puncta meditationis pro singulis horis meditationum volebat, teste Giuſſano eius doméstico. Prælato in illis vitâ. ^{1. f. c. 1.} Eodem modo eius familiæ quotidie pridie post & ^{1. 7. c. 11.} examen conscientia vespertinum puncta me- ^{11.} ditationis in facello domestico legebantur eius iussu. b. Similiter ipsis hospitibus, Cardinalibus, ^{1. 1. c. 1.} Episcopis & Prelatis, aliisque secularibus quos in suo palatio recipiebat (quorum aliquando erant 30. & 40.) iubebat quolibet vespere legi puncta meditationis. c. Et dum celebraret syn- ^{1. 1. c. 12.} dos prouinciales, præsentibus Episcopis eius Suffraganeis, quotidie vesperi in eius facello, puncta orationis mentalis legi curabat. d. Tem- ^{1. 1. 1. c. 13.} pore vero pestis, populo ad tempora convocato, eius iussu eadem legebantur. e. Et ipse ea quan- ^{1. 1. 4. c. 14.} doque suis legebant. f. Et post eius mortem, in- ^{1. 1. 7. c. 15.} uenta sunt tria vel quatuor volumina puncto- ^{1. 1. 8. c. 16.} rum meditationis ab eo collectorum, pro ora- ^{1. 1. 9. c. 17.} tione mentali, que nunc conseruantur, tanquam sacra reliquia in Bibliothecâ Ecclesiae Medio- ^{1. 1. 10. c. 18.} lanensis, scribit idem Giuſſanus. g. Sic admi- ^{1. 1. 11. c. 19.} rabilis lancitatis virgo B. Maria Magdalena de Pazzis (vti scribit in eius vitâ P. Virgilinus Ce- ^{1. 1. 12. c. 20.} partius.) quotidie mane ipsamet dabat puncta meditationis illis virginibus, quas in Novitiatu excolebat. Idem faciebat S. Teresa, legendo quendam spiritualem librum, ex quo puncta meditanda decerpebat. antequam accepisset excelsum orationis à Domino donum, ad quod postea eleuata fuit. Et ita in Itinere perfectionis ^{1. 1. 13. c. 21.} scribit: plus quam quatuordecim ipsa annos sui, quod ne quidem meditationem exercere potuerim nisi final in libro legerem. Erunt & multi alij huic conditioni & genij: alij quoque, qui esto in libro legant, medicari tamen non poscent, sed tantum vocaliter orare, & in hoc adhuc subinde harcent, nec ultrem progrederuntur. Etenim nonnulli tam agiles cogitationes habent, ut nulli in re harere & se desinere queant, sed semper inquiuti sunt, & ita quidem, ut si suam colibere cogitationem velint ad cogitandum de Deo, mox illa ad extensas nugas, scrupulos & dubitationes procurrat. Nisi quidam annis grauem, & sanctam (& faxit Deus, ut mea vita illius vita par esse posse) qua multas subibat auferitatem, insignisq; Dei ancilla erat; ad hac per multas horas, quin & annos, in oratione vocali im- pendit, ad orationem vero mentalem, nullatenus pertinere potest: ad summum hoc præstare potest, quod se paulo- ^{1. 1. 14. c. 22.}

VII. DE ARIDITATE IN ORATIONE.

551

paulatim affractat, ut se in vocali detineat. Haec conditionis & alios plures reperiuntur. & si quamdam humilitatem haberint, credo fore, ut hi ad finem non minus lucratii fuerint, sed fortasse & quod multum argue illi, qui magnis consolationibus fruuntur: & longe ex parte securiores sunt. Ne scimus enim, an haec saudates in Deo sint, an verò à demono causentur. Alij verò, qui nullam suavitatem aut gustus accipiunt, in humilitate ambulant, verenturq; ne suā culpā gustibus careant, & ut progrexiantur vterius, semper sunt solliciti: & dum aliam vident vel unam effundent lacrymam, quā ipsi carent, statim se in obsequio Dei putant in postremū bererecum tamē fieri posit, ut longe illo anteriores sint. Lacryma enim tamē bona sine, non sunt tamē per omnia perfecta. In humilitate verò mortificatione, abnegatione, altisq; virtutibus, semper plus securitas consitit. Quocirca non est quod timeatis, quasi non tam bene ad perfectionem peruenire sis, ac qui valde contemplatiū sart. Martha sancta erat, et non legatur fusce dedita contemplatio. Quid ergo amplius ruitu, quam vt huic sancte virginī, quo Christum Salvatorem nostrum toties in domum suam suscipere, & cibare ei seruire, rnaq; cum eo mensa assidere mernit, similes esse posse. Si semper vis Magdalena illa in rapi suisset absorpta, nullus suisset qui diuinum hunc conuiniam mensa suā exceptisset.

Hac S. Terelia, & plora alia in eumdem sensu scriptis. Relinquamus ergo Deo, ut nos illā ducat viā in orationē, quā illi placet. dum modō nos ex parte nostra id præstellemus quod debeamus, præsentim, ut ad meditationem accedantius bene præparatā materiā. More mercatorum lucrum querentium, inquit S. Macarius, anima nostra variū nec non artificiose preparanda est, quod verum ac magnum lucrum consequatur, nempe Deum, qui doceat nos in veritate precari. Hoc enim pax requiecit Dominus in bono anime proposito constitutus illam trahit in gloriam. infideli & conquiscentes in eā. Quocirca cū Cassianus colloquens cum Abate Sereno, inculcasset sua instabilitatem meritis, & etiagōnes, quas orationis tempore patiebatur, idque non suo sed naturae vitio attribueret, Abbas Serenus id refutans, primum hui malo dat remedium, præparationem materiæ meditandæ. Mens, inquit, nostra pro condizione nature, numquam potest otiosā confidere, sed necesse est eam, nisi prouisum habuerit, ubi suos exercet motus, & in quibus iugiter occupetur, propria mobilitate discurrere. Et per omnia volitare, donec longo exercitio visus afflueat diuturno, experiat & dicas, quas memorie sua materias debet preparare, ergo quas circumagat indecessus volatus, & immorando robur acquirat, & stat præualeat aduersas inimici suggestiones, quibus distrahebatur, extrudere, atque in illo, quem desiderat, statu & qualitate durare. Quam ad rem facit preclara illa S. Bernardi doctrina: Qualiter te paraevis Deo, talis oportet appearat tibi Deus. Cum sanctus sanctus erit, cum amante amans, cum vacante vacans, cum intento intensus: & sollicitus cum sollicito. Denique ait: Ego diligenter me diligo & qui mane vigila-

rint ad me, inuenient me. Vides quoniam non solum de amore suo certam te reddat, si quidem tu amē illum, sed etiam de solicitudine suā, quam pro te gerit, se te sensi, sollicitum fū. Vigilas tu: vigilat & ille. Accelerat quantum vis etiam ipas anticipare vigilas, inuenies eum, non praevenies. Certum autem signum est, solicitudinis de bene colendo per orationem, & in oratione Deo, quod ad illam se præparans, materiam in puncta bene dispositam ante meditationem habeat.

Hanc ipsam præparationem materiæ in rebus aliis, uidet Cicero: In omnibus negotiis, prius 1.1. Offic, quam aggregare, adhibenda est preparatio diligens. Quod si hoc in secularibus rebus, quanto magis in spiritualibus faciendum est, & maximē ante orationem, quam naturæ solius viribus peragere bene nemo potest: Nam teste Apostolo: Rōm. 3. 1. Quid breuis, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus 2.6.

populat pro nobis geminius inenarrabilisbus, hoc est, postulare facit; ut explicat S. Augustinus, a S. 4. ep. 10. 5. cap. 15.

Gregorius b & alij. Omnium autem optima 5.1.2. mōr. 2. cap. 22.

præparatio est, per lectionem verborum (præ-

serit in sacra Scriptura) meditandorum quia, ut

bene ait S. Basilus, Orationes lectionibus succeden-

tes, recentiore vegetioreq; animum accipiunt. Vt po-

te desiderio iam flagrantem. Sic S. Bernardus: Lectio, Scala

inquit, quasi solidum cibum ori apponi, meditatio

masticat & frangit, oratio saporem acquirit, contem-

plato est ipsa dulcedo, qua incundat & reficit. Et scri-

bens ad Sororem ait: Lectio nos ad orationem in-

struit. Huius præparationis necessitatē aptè

explicat etiam Abbas Moses, apud Cassianum, 1. cap. 18.

exemplo molæ aquarum. Hoc, inquit, orationis ex-

ercitum, non incongrue molarum similitudini com-

paratur, quas meatus aquarum præcepit impetu rotan-

te prouuluit. Que nullatenus quidem cessare possunt ab

opere suo, aquarum impulsu circumacta; in eius vero

qui præstū est potestate, virū iam triticum ma-

lit, an hordeum loliumae communia. Illud quippe est

procul dubio commendandum, quod ingestum ab illo

suerit, cut operis illius cura commissa est. Ita igitur et

iam mens per vita præsentis incursum, vindicue ingruē-

tibus tentationum torrentibus circumacta, vacua qui-

dem cogitationum astibū effonen poteris; quales vero

vel admirere, vel parare sibi debeat, studiū ac diligen-

tia sua prouidebit industriā. Si enim, vt diximus, ad

sanctorum meditationem Scripturarum iugiter re-

curredamus, ac memoriam nostram ad recordationem

spiritualium rerum, & desiderium perfectionis spemq;

futura beatitudini, erigamus; necesse est, vt orte cogita-

tiones exinde spirituales, in his que meditati sumus

mentem faciant immorari. Si vero desideria, seu negli-

gencia superata, vittis & otiosis consubstantiis oc-

cupemus, seu curis mundanis, & superfluis solicitudi-

nibus implicemur, consequenter exinde, velut quadam

zianiorum species generata, operationem quoque no-

stro cordi noxiā ministrabit: & secundum senten-

tiā Domini Salvatoris, ubi fuerit thesaurus operum,

seu intentionis nostra, ibi & cor nostrum necessario per-

manebit.

Porr̄d

Porrò hæc monita de preparandis punctis, non tantum tironibus, sed etiam prouectis in orationis exercitio, necessaria sunt. Solent enim non raro etiam dono orationis prædicti, non præparatis punctis ad meditandum accedentes, in meditatione huc illucque vagari, sine fructu optato meditationis, &c. vt ait apud Cassianum Abbas Germanus, mente errabundâ semper & velut ebria per diuer/a tactari, & ne illud quidem, quod casu potius quam industria sibi occurrit, spirituale, diu ac firmiter tenere, dum aliud ex alio semper recipiens, sicut introitus eorum atque principia, ita etiam finem discussum, non sentiunt.

CAPUT VNDECIMVM.

Mentis & sensuum euagatio præcedens meditationem, & in ipsa meditatione accersit ariditas.

Quinta negligentia, etiam immediata est, quando post puncta, pridie & manè, bene & ordinatè præparata, finitur vagari per ineptas cogitationes mens, vel confabulationibus, & alii sensuum euagationibus distrahi, & non collecta meditationem aggreditur. *Ad propinquam orationis preparationem pertinet;* inquit B. Laurentius Iustinianus, *vt animus ab exterioribus ad interiora reuocetur.* Sensuum enim & membrorum oblectationes inordinate, sensum devotionis & imminuunt & extinguit; & vt is acquiratur, illas vel extinguiere vel saltem attenuare necesse est, iudicio S. Diadochi: *Sicut, inquit, ad ea qua nobis pulchra videntur, sensus corporis nos quodammodo per vim incutant; sic ad ea bona, quae non cadunt sub aspectum, sensus mentis nos solet deducere, quando Diuinam bonitatem degustari.* *Vnquam* quodque enim sibi cognatum & congenuum omnino appetit: anima quidem, *vt expers corporis, celestia bona; corpus vero, vt è terrena voluptates,* (circa quas sensus nostri, dum vagari simuntur, se occupat.) *Ad experientiam igitur illius sensu* (scilicet devotionis internæ) *qui est materia & concretionis expers, veniens sine errore, si materiam corporis laboribus atenuauerimus; id est, mortificatione sensuum corporeorum, & aulsiione mentis ab euagationibus, ac conuersione, ad ponderandam maternam rerum diuinarum.*

In Ps. 33. Ideo bene ait S. Basilius: *Secedere oportet ab istius mundi rebus, & neque per oculos, neque per aures aut alios sensus, alienas in animam cogitationes introducere.* Quia enim ex superbiâ carnis coriuntur aduersus animam & insurgunt bella, internum hominem complent obstrepero pro� & irrequieto tumultu, nec vnguam concilianda seditione. Pulchrâ hoc similitudine idem S. Basilius alio in loco declarauerat: *Necessarium est;* inquit, *si consilium Dei stabile ac firmum in animis nostris consilere debeat, vi primum humana cogitationes in nobis dissipentur.* *Quemadmo-*

dum enim in certa scripturus aliquid, eam prius interlinit, inductus litera, dem quas vult imprimi formam, sic item cor nostrum, quod Diuina sit lucide & perspicue suscepturn eloqua, purum prius liberumq[ue], omni contraria cogitationi reddi oportebit. Si te semper exercetas, inquit S. Climacus, *vt mens tua numquam longius evagetur, etiam in ipsa mense appositione proprie te erit; sin autem effrenè libere vagabitur, numquam tecum permanere poterit.*

Hanc ob causam S. P.N. Ignatius, in libello Addit. Exercitiorum præscripsit aliquot monita hac³ de te, nisi rūp[er]o, vt ante somnum, cubando in lecto cogitemus de horâ quâ surgendum erit, & de exercito faciendo. Deinde, vt exergescatis statim exclusis omnibus aliis cogitationibus, animam ad illud applicemus, quod contemplatur sumus. Præterea, vt à loco sura meditationis, uno vel genuino adhuc passu distantes, animo rursum elevato consideremus Dominum Iesum, vt praesentem & spectantem, quid acturi simus. Ideo Regul. monet S. Basilios: *Omnis custodiā custodiendum cor nostrum, neque patiendum, vt a studia deo cogitatione ex animis nostris elabatur, & agendum astine, vt ex purissima, ac perpetua recordatione, impressam in animis nostris, piam deo cogitationem, velut indelebile aliquod signum, circumferamus.* Ad quod plurimum conferre, etiam lectionem pitorum librum frequenter, & iugem meditationem, item ruminacionem quamdam scripturarum, ait sape citatus Abbas Moses apud Cassianum. Et è Coll. contrario, validò nocere, immediatas confabulationes otiosas, at ibidem. Remanet enim in animâ nostrâ, ex actuali prævia cogitatione deo, quædam promptitudo, per modum cuiusdam habitus ad vniendum cor Deo, & ad illos deuotionis affectus, qui non dant locum ariditatibus & molestiis, distractiōnem involuntariarum. Hinc bene obseruant S. Thomas, etiam Prophetae ipsi, non tantum ordinatis hominibus, id prodest: *Sicut, inquit, in rebus corporali bus, abenire passionem, remanet quedam habilitas, ad hoc quod iterum patiatur; sicut lignum feni inflammatur, facilis iterum inflammatur; ita & in intellectu Propheta, cessante actuali illustratione remanet quedam habilitas ad hoc quod facilis postea iterum illustretur.* Sicut etiam mens feni ad deuotionem excitata, facilis postmodum ad deuotionem pristinam reuocatur. Propter quod S. Augustinus dicit, esse necessaria crebras orationes, ne concepta deuotio totaliter ex-deuinciat. Hac S. Thomas. Pulchrè hoc explicat S. Macarius: *Quemadmodum ignis circa vas anenum hominum exterius apposito, si subiecens ligna, accenditur, & quod intra vas est, coquitur, & feruet igne exerint, scilicet accensis, si minus ligna submittat, incipit ignis repescere, & proptermodum extinguitur, ad hunc modum gratias, que si ignis celestis, intra te est; postmodum si precatus fueris, & contuleris cogitationes tuas ad diligendum Christum, quodammodo ligna subiecisti, & cogitationes tuas conuertuntur in ignem & desiderio Dei singuntur. At vero, si qui ignorauit laborans, paulatim rebus fascularibus & occupationibus se ipsum tradat, denique vitium accedit,*

In Ps. 32.